Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



lu

q̃ ascẽdo ante deũ et missus sũ loq̃ ad te et ecce tacebis et non eris tacens pro eo q̃ nõ credidisti verbis meis q̃ impleb̃ntur in tempore suo Et erat plebs expectans Zacharia et mirabat q̃ tardaret ipse in templo Egressus autẽ non potuit loq̃ ipse ad illos Et cognoverunt q̃ visionem vidisset in templo innuens illis et permansit mutus Et factum est ut impleti sunt dies officii eius abiit in domum suam Post hos autem dies concepit Elizabeth uxor eius et occultabat se mensibus quinque dicens Quia sic mihi fecit dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines In mense autem sexto missus est angelus Gabriel a deo in civitatem Galilee cui nomen Nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph de domo David et nomen virginis Maria Et ingressus angelus ad eam dixit Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus Que cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio et ait angelus ei Ne timeas Maria invenisti enim gratiam apud dominum Ecce concipies in utero et parabis filium et vocabis nomen eius Iesum hic erit magnus et filius altissimi vocabitur et dabit illi dominus deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in eternum et regni eius non erit finis Dixit autem Maria ad angelum Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco Et respondens angelus dixit ei Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi Ideo quod et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei Et ecce Elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua Et hic mensis est sextus illi quae vocatur sterilis quia non erit impossibile apud deum omne verbum Dixit autem Maria ad angelum Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum Et discessit ab illa angelus Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione in civitatem Iuda et intravit in domum Zacharie et salutavit Elizabeth Et factum est ut audivit salutationem Marie Elizabeth exultavit infans in utero eius Et repleta est spiritu sancto Elizabeth et exclamavit voce magna et dixit Benedicta tu inter mulieres et benedictus fructus ventris tui Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me Ecce enim ut facta est vox salutationis tue in auribus meis exultavit infans in gaudio in utero meo et beata quae credidisti quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino.